

tur in scriptis minem corporeum, & ex carne compositum affirmans.
 Alii, carnis vocabulo, carnales, aut animales homines significantur, qui terrenis, & carnalibus adhuc ducuntur affectibus, sicut contra, qui Deo adherent, & eius spiritu uiuificati gubernantur, unus cum eo spiritus dicuntur, & sunt. Ita Christus. Quod natu est ex carne, caro est. Quod natu est ex spiritu, spiritus est. Carnalis natuuitas, carnales homines morti generat, in quibus ad regenerationem usque regnant carnis desideria, & affectus. At regenerationem ex spiritu, mortificatis desiderijs carnis aguntur iam, uiuificanturque spiritu Dei, & generantur in spiritum uiuificantem, Sed his non dicit Christus, uniuersum hominem ita corruptum, & depravatum omniis suis partibus, ut nihil possit anima, nihil ratio, nihil uoluntas, nihil spiritus, mens, aut conscientia hominis, que simultatem cum deo exercere, nihilque legis diuinae iustitiae aduersari, & necessario peccare: praelestim, cum rationalis anima, cum suis illis energijs, & uiribus, non nascatur ex carne, sed a Deo creata carni infundatur.

Propria, pri-
mag, carnis ac-
ceptio.

Prima autem, & propria carnis ratio, ad quam nunc dicte eius acceptiones secundum analogiam quandam, dicuntur, est, qua exteriorem, sensibilem, & corpoream nostrae compositionis partem, proprie carnem dicimus: Que, cum ex natura sua compositionis, & propria temperatura, afficiatur hijs, quae sibi sunt amica, suauia, salutaria, & refugiat a contrarijs, duris, laboriosis, tristibus, nullo respectu habito diuinae legis iustitiae, a qua, & exiguntur hec, & illa subinde uerantur, cui, uelut bruta, auscultare, obtemperare, et se subdere non potest, & quasi hospitiu iure, sibi, suisque affectibus, naturaliter inclinet, in se habitantem animam: hinc illa pugna, illud bellum intestinum, & irreconciliabile in homine, inter carnem, sibi attrahentem uoluntatem, & spum, mentem, aut conscientiam, quem eandem sui officij admones, inclinantem carnem